



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

110 Interdictum Superioris impedit matrimonium contrahendum, & non
dirimit contractum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

non stare non potest de impedimento propter frigiditatem, aut maleficium, debent per triennium cohabitare, & dare operam carnali copulæ, & postmodum septimana propinquorum, & adhibito iuramento, quod nunquam una caro fuerint effecti, matrimonium dissolvi potest, d. c. laudabilem. ubi Abb. num. 1. & c. fin. in fin. de frig. & malef. & si ambo confitentur impotentiam, non propterea matrimonium dissolvi potest, quia non statur eorum confessioni contra matrimonium, cum in fraudem hoc dicere possint. c. super eo, de eo qui cogn. consang. ux. su. & glo. in cap. 1. in verb. probari. de frigid. & malef.

Plura sunt etiam, quæ impediunt, sed non dirimunt matrimonium, ut conditiones, de quibus per Navar. in c. 22. de sacr. matr. n. 61. cum plur. seq. par. 3. quia si postmodum matrimonium sequatur, conditiones evanescent, c. de illis. & c. per tuas. de cond. appof. & quamplures conditiones in sponsalibus appositæ, ut conditiones turpes, aut impossibiles, favore matrimonii pro non adjectis habentur. cap. fin. post med. & ibi Abb. num. 2. de cond. appof. & conditio, si Deus voluerit, non facit sponsalia conditionalia, quia semper subintelligitur, ut Conditiones etiam quæ tacite insunt, nihil operantur. l. conditiones quæ extransecus. ff. de cond. & demonst. Abb. in c. 2. num. 1. de sponsal. nisi alter efficeretur deterioris conditionis personæ ut in simili trad. Innoc. de surioso cap. debitores. circ. fin. de iure iur.

Interdictum superioris non impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. cap. 1. de matr. contr. sunt. interdict. eccl. es. quod procedit etiam

si sponsalia de futuro fuerint contracta cum una & postmodum cum alia matrimonium per verba de presenti contrahatur cap. ex litteris. eod. tit. nec tali casu matrimonium contractum, & consummatum per sponsalia, per verba de futuro, est annullandum, etiam quod seoundum fuerit lite pendente contractum. c. tenor. & ibi gl. in ver. subarrhasset. de sent. & re jud. c. cum in Apostolica, ubi Abb. num. 3. & Covar. epit. ad 4. lib. decret. in 2. par. cap. 35. §. septimus. num. 4.

III Oriuntur etiam plures casus, quibus constante matrimonio per divortium separatio inter conjuges, quo ad thorum, seu quo ad cohabitationem ad certum, incertumve tempus fieri potest. Conc. Trid. de sacram. matrim. can. 8. sess. 24. iudicio tamen Ecclesiæ, sine quo non tenet. ut c. per rd. de divort. & c. si ve. §. in hoc 33. q. 2.

Non enim levibus, aut coloratis causis, vel eorum arbitrio conjuges divortium facere, & se invicem separare possunt. Surd. in cons. 364. num. 16. lib. 3. sed legitimis, & urgentibus tantum divortium admitti debet: quia ab initio secali est prohibitum, quod Moyles ob populi duritiam permisit. Deuter. 6. 24. Matth. 6. 19. & Bart. in l. ad hac. num. 2. ff. de usur. Inter infideles tamen etiam hodie divortium admittitur, & ita inter hebræos adhuc servatur, ut testatur Bald. in la. si qua l. 2. in fine. c. de secund. nupt.

III Primò, enim non inter fideles iudicio Ecclesiæ permittitur divortium, propter fornicationem alterius conjugum. 1. Corinth. c. 7. cap. idolatria. 28. q. 1. glof. in cap. ex conquestione in ver. non debuit. de restit. spot. cap. ex litteris de divort. & cap. pter unquam. de donat. inter vir. & uxor.

Secura